contra Lozakos et Stan Tatarski severe famili qui suo sumptu pro
suo et eius interesse in castris publicis versus Berestecko sufficien-
ter expediebat de bonis Brzoski garroniis de manu dicta dare
et pendere non vult neq curat pro [illegible] eo in passu famita [illegible]
cum restitutione satisfactionem expensarum citatur citatione ipsi suis
Copiam sigillatam S. R. M. Regni Generalis Providus Joannes [illegible]
sub una integra ante terminum praesentem septimana in bonis citti
propriis posuisse et publicasse recognovit. De hic latore in termino
itaq hodierno citatione ad praesens legitime proveniente officium praes.
Castrense Capitanea Branscense controversijs partium utrarumq actoris et citatae
per se personaliter judicialiter factis exauditis et intellectis decrevit
quatenus citatus solus met contenta citationis prout eius modi stipen-
dia persolvit et nihil tenetur ad restituendum iuramento corpo-
rali comprobet id q in sequentibus Terminis proximus
in Curia Regni Branscense celebrandis in quibus parti utriq actores ad
attentandum citatae vero ad iuramentum praestandum et id quod iuris
erit decernendum terminum peremptorie conservavit.

Mojskowski **jurabit**

In causa et actione judicialiter vertente inter instigatorem judicij praesen-
tis et ipsius delatorem Nobilem Jacobum olim Mathiae Czajkowski actorem
et Nobilem Petrum filium Mathiae Mojskowski secundo post obtentam
poenam contumatiae pro poenis legum videlicet infamiae ex officio fama
latus citatum Ideo quia ipse exnunc famulus actori natu stipulata
ad obeunda servitia honesta addictus et certo pretio appretiatus ha-
bensq res multas et bona actoris cura sua et administrationi commissas
immemor vocationis suae et servi boni non metuendo poenas legum con-
tra servos fidefragos in officijs suis delinquentes legibus Regni sancitas
ab eodem actore non facto calculo et rebus sibi per actorem commis-
sis in termino specificatis omnibus multis receptis et dilapidatis clam
deseruit fidefragus extitit exindeq poenas legum videlicet infamiae
succubuit proquibus super superl ipso decernendis citatur citatione
ipsa suis Copiam sigillatam S. R. M. Regni Generalis Providus Baltazar
Piotrowski sub una integra ante terminum praesentem septimana
in bonis Mojski citati propriis posuisse et publicasse recognovit
de hic latore In termino itaq hodierno citatione ad praesens
legitime deveniente judicium praesens Castrense Capitaneale Branscense
controversijs partium utrarumq actoris et citatae per se perso-
naliter judicialiter factis exauditis et intellectis competenti
actore ut actione admixendo citato procedere admittenit In pro
cedendo autem inhaerendo negativae exceptioni citatae partis
eidem iuramento corporali contenta citationis solus met iuramen
to corporali super imaginem passionis Jesu Crucifixi evadat
idq in sequentibus declarare Terminis proximis in Curia
Regni Branscense celebrandis in quibus parti utriq actores
ad attendendum citati vero ad iuramentum praestandum Terminum peremptorie
conservavit